



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 18. Conventus Stampensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

Sæcul. XII. nis adstrictis, præstituta dies fuerat, qua
A.C. 1147. ad monasterium se conferrent. Brevi
c. 14. tempore Claravalle subsistens S. Bernar-
dus ægrotos, qui ad recuperandam sani-
tatem veniebant, admitti vetuit, ne Fra-
trum quies turbaretur. Post hunc ad
Claramvallem redditum in narratione
miraculorum non amplius tam accura-
te dies, sed tantum locus, in quo patra-
ta sunt, adnotatur.

§. XVIII.

Conventus Stampensis.

to. 10. Conc. Dominica Septuagesimæ, die decima
p. 1104. sexta Februarii, anno millesimo cen-
tesimo quadragesimo septimo, S. Bernar-
dus Stampas perrexit, ubi Rex erat cum
Proceribus ad capienda postrema profe-
ctionis Hierosolymitaræ consilia. Sta-
tutum, viam per Græciam eligere, fru-
stra contrarium suadentibus multis, præ-
sertim Regis Siciliæ Oratoribus, qui pe-
riculum ostendebant & dolos Græco-
rum, nec aliam a Græcis quam Græcam
fidem esse expectandam (*). Delibera-
tum

(*) In ipsis Actis Conciliorum hæc verba
leguntur: *Rex autem ē sui, qui merito mul-
tarum gentium vires timebant, fraudes utinam
timuissent; sed quia non est consilium nec pru-
dentia contra Deum, elegerunt viam per Gra-
ciam, morituri.*

tum deinde, cui Regni custodia Rege ab- Sæcul. XII.
 sente committenda esset. Cumque A.C. 1147.
 hanc electionem Rex Præsulum & Prin-
 cipum arbitrio reliquisset, ac illi ad con-
 silium coivissent, post aliquantulam mo-
 ram primus rediens S. Bernardus, & Su-
 gerium Abbatem atque Guilielmum Co-
 mitem Nivernensem monstrans, ait:
Ecce, duo gladii hic, & satis est. Sors
 hæc omnibus placuit, solo Comite Ni-
 vernensi excepto, qui se Cartusiensium
 professioni devoverat, & post breve
 tempus propositum exsecutus est, quin
 ipsius Regis ceterorumque omnium pre-
 cibus ab instituto revocari potuerit. I-
 taque Regiminis onus solius Sugerii Ab-
 batis humeris incubuit, quod ipse non
 ante voluit suscipere, quam districtum
 mandatum Summi Pontificis accessisset.
 Inter hæc dies profecturis indicitur ad
 Pentecosten, quo tempore Metis cuncti
 convenirent. Rex vero, ex quo Crucem
 Vezeliaci in Festis Paschalibus anno mil-
 lesimo centesimo quadragesimo sexto ac-
 ceperat, eam nunquam non vesti Regiæ
 assutam portabat.

§. XIX.

Sacri Milites Germani.

Eodem mense Februario, anno mille- Otto I. Fris.
 simo centesimo quadragesimo septi- c. 40.
 mo Rex Conradus Comitia in Bavaria

Hist. Eccles. Tom. XVII. E cele-